

Alte Drucke

**ELEMENTORVM || RHETORI=||CES LIBRI DVO: || RECENS
RECOGNITI || AB AVTHORE || Philippo Melanthone. || His
adiectæ sunt Epistolæ contrariæ, PICI & ...**

Melanchthon, Philipp

Witebergae, 1593

VD16 ZV 30869

LIBER PRIMVS DE ELEMENTIS RHETORICES.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

LIBER PRI MVS DE ELEMEN- TIS RHETORI- CES.

NITIO MONENDI SVNT
adolescentes, quem ad vsum commu-
nia præcepta Rhetorices primū tradic-
ta sint. Legent enim libentius, vbi cog-
noverint, quam inde auferre debeant v-
tilitatem. Homines acuti & periti qui primi hanc ar-
tem genuerunt, nequaquam hoc senserunt, hac præcepta
efficere homines eloquentes, aut ad eloquentiam com-
parandam sufficere. Nam eloquentia primū vim na-
turae maximam ad dicendum, deinde multarum bona-
rum rerum scientiam requirit. Multa igitur & ma-
gna adiumenta, tūm à natura, tūm à doctrina, præ-
ter hæc communia præcepta, sumit. Habeat tamen &
suam vtilitatem præcepta. Docet enim natura homi-
nes viam quandam atq. rationem, magnas & obscuras
causas explicandi, partim beneficio naturæ animad-
uertere, partim vnu deprehendere solent. Hinc ex-
tit ars, quæ etiam si regit artifices in docendo: ta-
men in hoc initio traditur, non vt oratores efficiat, sed
vt adiunget adolescentes in legendis. Orationibus excel-
lentium

lentium oratorum, in longis controversiis iudicandis.
Neque enim tantum hi, qui causas acturi sunt, precepta proposita sunt, sed in commune voluerunt autores artis consulere omnibus. Nam etiam hi, qui non augunt causas, qui nibil scribunt, si tamen velint legere aut indicare res magnas, ut religionum controversias, aut forensia negocia, via quadam atq; ratione opus habent, ad intelligendas longas controversias. Nemo enim potest longas contentiones & perplexas disputaciones animo complecti, nisi arte aliqua adiuvetur, que ostendat seriem partium, & interualla, & dicendum consilia: & viam tradat, res obscuras explicandi ac patefaciendi. Hæc uilitas mouit homines prudentes ad excogitanda præcepta, ut in commune consulerent omnibus, & adolescentibus, non tam ad recte discendum, quam ad prudenter intelligenda aliena scripta præpararent. Acq; idem videbant, ut aliarum rerum artifices, ita Oratores imitatione fieri. Quare si qui erant in turba discentium, quos natura ad dicendum idoneus finxerat, hos postquam didicissent viam intelligendi & iudicandi disertorum orationes, in forum & ad causas deducebant, & in iubebant in agendo magnos & excellentes Oratores intueri atq; imitari. Quare & nos ad hunc r̄sum trademus Rhetoricon, ut adolescentes adiuvet in bonis autoribus legendis, qui quidem sine hac via nullo modo intelligi possunt. Quod cum ita sit, satis apparet, hæc præcepta necessaria esse

esse omnibus. Deinde autores intellectos imitari non difficile erit his, qui à natura ad dicendum adiuuantur. Etenim neque sine imitatione effici Oratores possunt, neq; imitatione sine præceptorum cognitione procedit.

Eloquentia facultas est sapienter & ornatè dicendi. Nam ad benedicendum in primis requiritur perfecta earum rerum cognitio, de quibus oratio instituitur. Insania est enim, non eloquentia, de rebus ignotis & incomptis dicere. Cum autem rerum cognitio ad dicendum necessaria sit, oportebit Oratorem harum artium, quæ rerum scientiam continent, non esse rudem. Quid enim de religione, de natura rerum, de iure, de nig; de vita parte viræ dicet is, qui doctrina illa non instrutus est, quæ eas res continet?

Rhetorica vero est ars, quæ docet viam ac rationem rectè & ornatè dicendi. Voco autem Rhetorican hæc præcepta quæ pueris traduntur, quorum cognitio, et si necessaria est ad eloquentiam: tamen eloquentia præter hanc artem alia multa adiumenta, tūm naturæ, tūm doctrinæ requirit. Tenent enim præcepta doctri omnes, in quibus multi sunt infantes, quibus tamen opus est hac arte ad iudicandum, quemadmodum & Dialectica ad iudicandum opus habent omnes. Ut autem Dialectice finis est iudicare, utrum in docendo apte consentiant omnia,

omnia. Item in docendo sequi certam viam: Ita & Rhetoricæ fines constituamus, indicare de longa oratione, qualis sit partium series, quæ sint præcipua membra, quæ sint ornamenta. Item in docendo etiam, in his, qui non destituantur à natura, efficiere, ut oratio caras partes habeat, & res magnas non exponat breviter, ut Dialectica, sed addat verborum lumen.

DE OFFICIIS ORATORIS.

Cùm oratio omnibus rebus ac verbis constet, seruum prior cura esse debet, posterior verborum. Quinque igitur numerantur officia Oratoris: Inuentio, Dispositio, Elocutio, Memoria, Pronunciatio. Primum enim dicturo res seu inueniendæ, seu eligendæ sunt, & cùm sunt inquisita, ordinè explicandæ. Versantur igitur inuentio & dispositio circa res. Elocutio verò circa verba. Nam ea quæ excogitauimus, & ordine apud animum dispositiæ, postremo verbis significantibus exponenda sunt. Et in his tribus partibus serè tota ars consumitur. Itaq; nos de alijs dubiis partibus nihil præcipiemus, quia memoria parum ad nodum ab arte adiuuatur. Adio verò longè alia nunc, est quād qualis apud veteres fuit. Et quid maxime in agendo deceat, in foro discendum est imitatione. Videmus veteres maxime verecundiam in agendo probasse. Laudat enim Aschines Solonem, quod inter dicendum, ne quidem manus extra pallium proculeret.

inlerit, significans sedatam minimeq; concitatam actionem maxime decere.

DISCRIMEN DIALECTICÆ
& Rhetoricae.

Tanta est Dialecticæ & Rhetoricæ cognatio, ut
vix discrimen deprehendi possit. Quidam enim inuen-
tionem ac dispositionem communem utriq; arti putant
esse, ideo in Dialecticis tradi locos inuenientorum ar-
gumentorum, quibus Rhetores etiam uti solent. Verum
hoc interesse dicunt, quod Dialectica res nudas propo-
nit: Rhetorica vero addit elocutionem quasi vestitum.
Hoc discrimen et si nonnulli reprehendunt, ego tamen
non repudio, quia & ad captum adolescentium facit,
& ostendit, quid Rhetorica maximè proprium habeat,
videlicet elocutionē, à qua ipsum Rhetorices nomen fa-
lsum est. Ac si quis subtiliter existimabit, intelliget hoc
discrimen rectè defendi posse. Si enim Rhetorica non
tantum versatur circa forenses & suasorias materias,
sed in genere circa omnes materias, de quibus dicendum
est, nullo modo poterit ab ea diuelli Dialectica, quæ
est ratio perfectè docendi. Sæpè enim Orator
vetur hac via in docendo, vt Cicero in primo Of-
ficiorum, & in alijs multis disputationibus, prece-
pta Dialectica sequitur in docendo, & addit elocu-
tionem ex Rhetorica. Et nostris temporibus idem
facto.

faciunt homines erudit*&* copiosi, cùm docent homines de religione.

Veteres ita discernebant: Rhetoricae tribuebant forenses & suasorias materias: Dialecticae verò omnes quæstiones alias, de quibus certa quadam Methodo & ratione docendi sunt homines. Iuxta hoc discrimen proprius Dialecticæ finis est docere, Rethorica autem promouere atq; impellere animos, & ad affectum aliquem traducere. Ut cùm de natura virtutis disputamus, Dialectica consulenda erit, qua quid sit virtus, & quas habeat causas, partes, effectus, ostendat. Cùm autem ad virtutem colendam homines adhortamur, loci Rethorici sequendi erunt: Cùm de natura penitentiæ dicimus, cumq; docemus homines, quid sit penitentia, quot habeat partes, sequenda erunt praecpta Dialectices. Adhortatio autem ad penitentiam adhibet locos Rethoricos.

Sed quia ratione docendi Rethores non poterant carere, præsertim in materijs forensibus, idè Dialecticen etiam admiscerunt suo operi. Nam finitium statum, quem in iudicialibus materijs recensent, à Dialecticis mutuò sumserunt. Is status est ratio informandæ Methodi, quem tradidit Aristoteles in ἀναλυτικοῖς. Accersant ex Dialectica & forma syllogismorum & pleraque alia præcepta. Ita admista Dialectica Rethorica non potest

potest ab ea prorsus diuelli, etiam cum Rhetorica
tantum forenses & suasoriæ materiæ & laudationes
inbiuntur.

DE TRIBVS GENERI- bus causarum.

In locis inuentionis primū genera causarum
distribuuntur. Id hoc consilio sit. In tanta varietate
negotiorum, diuersæ quasi classes locorum faciendæ
fuerunt. Nam aliæ materiæ alios requirunt locos.
Ideoq; ne si omnes loci in vnum aceruum congesti es-
sent, difficultas esset electio, materiæ discernuntur, vt
cilibet generi sui loci subiici possint, & deprehensio
genere causæ, quasi è regione, statim sciat vniusquaq;
quibus locis tota res includi debeat. Quas autem vir-
litates præterea habeat hæc negotiorum partitio, pau-
lo pōst ostendemus propositus exemplis.

Vulgò tria numerant genera causarum: Demon-
stratum quo continetur laus & vituperatio. Deli-
beratum, quod versatur in suadendo & dissuaden-
do. Indiciale, quod tractat controversias forenses.
Ego addendum censeo dīaclīca dīxev genus, quod
vīsi ad Dīaclīcam pertinet, tamen vbi negotiorum
genera recensentur, non est prætermittendum, præ-
sertim cum hoc tempore vel maximum usum in Ec-
clesijs habeat, vbi non tantum suasoriæ conciones ha-
benda sunt, sed multo sāpius homines, Dīaclīcorū
more, de dogmatibus religionis docendi sunt, vt ea

B perfe-

perfectè cognoscere possint. Et autem didactus
est genus, Methodus illa docendi, qua traditur
Dialectica, cuius particulam retinuerunt Rethores
in statu finitiuo. Et & demonstratum genus affine
didactice generi. Plerunque enim est definitio,
sed amplificata ornamentis Oratorys, ut tanquam
pictura, ab imperitis magis confisci posse, vi si que
laudet leges, & de autoritate legum dicat, sed definit
leges & definitionem amplificabit. Psalmus, Dixit
Dominus, recte in hoc genere ponetur. Laudat enim
Christum. Atque haec laudatio simpliciter definit
quedam est, describit enim personam Christi, commem-
orat eius officia, exponit Dominum esse qui a de-
xtris ei sedeat, hoc est, pri potentia cum Dore-
gnet, addit ubi proditurus sit, videlicet in Sion quid
superaturus sit hostes. Erit & Sacerdos, inquit, per
quem placabit nobis Deus. Et addit, qualis sit su-
turus sacerdos, videlicet aeternus non Lentulus, sed
qui benedicat, qui annunciet remissionem peccato-
rum. Deinde describit suppicia impiorum qui huius
Domino aduersantur. In fine subindicat etiam, i-
psum Dominam communes afflictiones subiturum es-
se, ex quibus tamen reuiniscet, si quis hoc modo am-
mduerterit, Psalmum esse descriptionem Christi, &
singulas partes ad definitiones Dialecticas referen-
das esse, u plane intelliget Psalmum & cum erit opus
ex definitionibus partium facile iuistrabit omnia, &
amplificabit, sunt autem aliae multæ species horum

generum,

generum, quas enumerare non est opus. Facile enim
est iudicare, quæ species ad quod genus pertineant.
Ad demonstratum perinet gratiarū actio: lauda-
mus enim beneficium. Talis est oratio pro M. Mar-
cello. Sub deliberatione ponendæ sunt petitiones, com-
mendationes, deprecationes, consolationes, oburgationes & aliae multæ species, quas recenset Erasmus
in ratione scribendarum Epistolarum.

AD QVID CONDUCAT,
nosse genus causæ.

Ut sciant adolescentes, quando debeant consule-
re locos inuentionis, primum hoc meminerint, locos
non conferri ad inueniendum negotium seu primam
questiōnem. Tempora enim offerunt negotium, ve
litigator desert negotium ad causidicum. Docenti
in Ecclesia, certa materia in sacris litteris, præscripta
est, quam explicare debet. In epistolis scribendis va-
ria occassiones, varia offerunt argumenta. Itaq; nos
traditur ars, non traduntur præcepta de negotijs in-
ueniendis, illa vero virtud se offerunt, ac fugientes ei-
iam persequuntur. Et ad hos ars tota excoigitata est,
non ut per ludum ociosas materias queramus, sed ut
graves, magnas & obscuras causas, quas offert no-
bu Respublica, explicemus. Cūm igitur negotium
oblatum est, hic primum ars, conculonda est, & ini-
tiocogitandum, ad quod genus causæ res pertineat.

Ideo enim distincta sunt genera causarum, ne loci in turba diu querendi essent. Quare, deprehenso gene-
re cause, statim occurrent certi loci ad patescien-
dam & tractandam materiam utiles.

Prodest autem ideo etiam intelligere genus can-
sæ, quia genere cognito, proficitur finis orationis,
hoc est, præcipua intentio, & summa consilij, seu, ut
vocant, scopus orationis. Plurimum autem resert in
omni sermone, in omnibus negotijs, nosse finem, hoc
est, quæ utilitas ex oratione expectanda sit. Omni
enim oratio, aut ad docendum instituitur, aut preter
cognitionem habet alium finem, videlicet, quod ali-
quid fieri iubet. Suasoria orationes iubent aliquid
fieri, ut si quis suadeat suscipi bellum Turicum. Ta-
les & sunt Psalmi generis deliberatiui, qui vel pre-
cepta dant, vel consolantur, vel deprecantur, hi pe-
tunt aliquid fieri. Verum generis demonstratiui finis
est cognitio. Ut cum Alexandrum laudamus, & res
eius sapienter, fortiter, ac feliciter gestas narramus,
tanum docemus auditorem. Et si enim Exempla imita-
tionis causa proponuntur, tamen in tali oratione
nihil aperte postulamus ab audientibus, nisi ut huius
viri sapientiam, virtutem ac felicitatem contemplen-
tar atq; admirentur. Ita generis Didascalici finis est
proprius cognitio, ut si quis doceat, quid sit Euange-
lium, quomodo consequamur, ut Deus reputet ac pro-
nunciet nos iustos, quid sit fides, hic dicenti proprius
finis propositus est, ut auditores doceat, et si cognitio
postea

postea ad usum transferri potest, diuersum tamen orationis genus est, quod docet, ab illo, quod deinde doctrinam ad usum transferri iubet. Græci in omnium librorum initij querunt, quæ sit operis intentio, seu quis sit scopus, ut ipsi loquuntur. Idem agunt Rhetores, cum de genere causæ querunt, quæ sit orationis, an voluntas, quid postular, utrum cognitionis sit finis orationis, an præter cognitionem aliquid fieri iubat. Hæc in oratione perspicere atque animaduerte-re maxime prodest, ut intelligamus que nobis ex oratione utilitas expectanda sit. Nec prius acquiescit animus auditoris non stulti, quam finem aliquem orationis animo perspexerit. Hæc ideo pluribus verbis dixi, ut ostenderem hæc præcepta plurimum ad formanda acuendaq; iudicia conferre. Cæterum adolescentes &c hoc monendi sunt, inter alia genera causarum misceri. Quanquam enim unumquodque negotium, ad unum aliquod genus causæ principaliter referendum est, tamen sèpè aliud genus, aliquid à locis alterius generis mutuatur, ut pro Archia, quanquam tota oratio principaliter ad genus iudiciale pertinet, multa tamen sumit Cicero ex locis generis Demonstratiui, dum non de re, sed de persona dicit, cuius laudes in iudicio dignitatis exponi proderat. Et Demosthenes in suadendo, multa sumit ex Demonstratiuo genere, dum inuehitur in Philippum Macedonem.

LIBER PRIMVS
DE GENERE DI-
ASCALICO.

Si quis de hoc genere longiora præcepta defida-
rat, is ad Dialecticam redeat, quæ sola tradit per-
felle docendi rationem. Nam Dialectica propriam
est ratio docendi. Maxima autem vis maxima vir-
tas est huius generis. Sepè enim homines de religio-
ne, de luce, de omni officio docendi sunt, vbi sine hac
ratione patefieri res non queunt. Ac ne discere qui-
dem ipsi & reclè complecti animo res difficiles & in-
tricaras possumus, nisi hanc Methodum sequamur, que
facilius est, si quis medicrem exercitationem abhi-
buerit.

Sunt autem quæstiones duplices. Quædam sunt
simplices, vt cum de una voce queritur, quid sit
Virtus, quid sit Pœnitentia. Quædam coniunctæ
sunt, vt cum propositio aliqua confirmanda, aut con-
futandæ est, vt oporteat ne Christianum abijcere su-
as facultates.

Loci simplicis quæstionis sunt:

Quid sit,

Quæ sint partes vel species.

Quæ cause.

Qui effectus.

Quæ cognata & pugnantia.

Hil loci consulendi sunt, cùm docere de aliqua
re homines voluntus, & assuefaciendi sunt animi, vi-
que.

pecunia res proposita fuerit. Nam in his locis inveniuntur, qui admonet, ubi querenda sit materia, ut certè quid ex magno aceruo eligendum, & quod nō inveniendum sit. Nam loci inventionis, tūm apud Dialecticos, tūm apud Rhetores, non tam conducent ad inueniendam materiam, quam eligendam postquam aceruuſ aliquis rerum, vel ex alia arte, vel ex ipsis negotijs oblatus fuerit.

Prima in omni re definitio esse debet. Hanc iubet querere locus. Quid sit, sed interdum de appellatio- ne prius disputatur. & constituenda est significatio vocabuli, constat enim innumerabiles esse Acyuedas & rixas de vocabulo. Initio igitur, ne ambiguitas sermonis errorem pariat, certa vocabuli signifi- catio constituenda est.

At præsertim in disputationibus Theologicis obseruanda est phrasis sacrarum literarum, quia multo vtimur Hebraicis figuris, que si non recte redantur, multi errores sequuntur, vt Pelagius Grammaticus intelligebat tantum beneficium ostensa legis ac doctrinae. At Paulus longe discernit a lege Gratiam. Vocat enim Gratiam reconciliationem, hoc est, remissionem peccatorum & acceptationem diuinam, cum qua coniuncta est donatio Spiritus sancti. Quare Pelagius turpiter corrumpebat sententias Pauli. Sed quia copiosus traduntur præcepta de Methodo in nostris Dialecticis libellis, hic ero brevior, tantum exemplum unum atq; alterum asscribam.

Quid est virtus? Est habitus voluntatis, inclinans ab obediendum iudicio rectae rationis. Recensio enim visitatam Philosophorum definitionem.

Quae partes Dialecticè possunt partes dici. Genus & Differentia in definitione. Sed si queritur, quae res existant in anima, quales motus sint, Species enumerandæ sunt. Nam diuersæ species sunt diversi habitus.

Species multæ numerari possunt: Pietas Iustitia, Fortitudo, Modestia &c.

*Quae cause? Crebræ actiones honestæ. Sed actio-
num cause sunt rectum iudicium mentis, & volun-
tas assentiens.*

*Qui effectus? præmia à Deo proposita iuxta il-
lud: Honora patrem & Matrem, ut sis longævus su-
per terram.*

*Quæ cognata? Virtuti quæ est habitus, cognata
est φυσικὴ αρετὴ. Bona inclinatio in natura.*

*Quæ pugnantia? Simulatio virtutis & turpi-
do palam pugnans cum virtute, ut Neronis & simili-
um flagitia.*

*Ita Dialectica metas & summas ostendit, que
suppeditant maximarum rerum copiam, sive locis fini-
los locos integrè explicare.*

Aliud exemplum.

*Quid est pœnitentia? Prius de vocabulo dicatur.
In Ecclesia vocamus visitatè pœnitentiam id quod di-
xi posset, conuersio voluntatis ad veram pietatem.*

Est igitur definitio. Pœnitentia est contritio & fides, qua credimus nobis remitti peccata propter Christum, quam fidem sequitur noua obedientia erga eum.

Quæ partes? Conuersio vera habet duas partes, inquam duplices motus animi, contritionem, id est, agnitionem peccati, seu terrores ac dolores propter peccatum.

Altera pars est fides, quæ erigit & consolatur perterrefactas mentes, cum accipit remissionem peccatorum donatam propter Christum.

Reclœ additur & tertia pars, quæ tamen est effectus priorum scilicet noua obedientia.

Quæ cause? diuersorum motuum diuersæ sunt cause. Contritionis, id est, terrorum cause sunt, Lex arguens peccata: Et spiritus sanctus efficax per legem, & impellens voluntatem: & voluntas assentiens ac non repugnans Spiritui sancto, non ipsis peccatis indulgens, eaq[ue] repetens.

Fidei cause sunt, Euangelium annuncians remissionem propter Christum: & Spiritus sanctus efficax per Euangelium, ac impellens voluntatem, & voluntas assentiens & non repugnans Spiritui sancto.

Quæ cognata? Contritioni cognata est virtus, quæ vocatur timor Dei. Fidei cognata: Spes, Dilectio.

Quæ pugnantia? Cum contritione pugnant secuitas profana, seu contemptus Iudicij Dei, & similitudo.

tio dolorum. Cum fide pugnant desperatio & simula-
rio fidei, quæ est profana securitas & contumus iu-
dicij Dei.

Qui sunt effectus veræ pœnitentiae? Nova &
spiritualis vita pia opera. Et quia voco effectus, om-
nia quæ certò sequuntur, etiam hic numero vitame-
ternum.

ALIV'D EXEMPLVM.

Quid est fides? Primum significatio vocabuli
consideranda est. Interdum fides significat noticiam
historiæ de Christo. Sed alias in Prophetis & Apo-
stolis fides significat fiduciam, qua assentimur pro-
missiis Dei, sic Paulus Rom. 4. palam affirmat,
je de fide loqui, qua assentimur præmissioni, cum au-
ideo ex fide grata, v. sit firma promissio.

Fit igitur Fides, assentiri præmissioni, in qua
Deus pollicetur se nobis propicium fore propter Chris-
tum. Complectitur ergo hac Fides, noticiam histo-
riæ & fiduciam assentientem p. omissione, ad quam
historia referenda est.

Quæ partes? Sicut oculorum motus non potest
separari in partes, sic nec mentis aut voluntatis motus
separantur in partes. Sed tamen Fides complectitur no-
ticiam in intellectu, & voluntatem, quæ vult & ac-
cepit beneficium oblatum, id est, assentitur præmissio-
ne. Species Fidei discerni possunt, quia Fides alias
verfa-

versatur circa promissiones beneficiorum corporalium alias circa promissiones gratiae & rerum alterarum. Sed tamē promissiones beneficiorum corporalium, admonent nos de altera in promissione, quae est pacifica. Ideo p̄iū semper promisionibus corporaliū beneficiorum complexi sunt promissionem grām seu reconciliationis.

Quæ causa & Obiectum Fidei est misericordia promissa propter Christum, qua Deus nos pronuntiavit iustos, non propter legem aut dignitatem nostram aut opera nostra, sed propter Christum, quem voluit esse Redemptorem nostrum. Et hæc misericordia ostenditur nobis in Verbo, videlicet in Euangelio seu promissionibus, quæ extant in Euangelio. Dixi de obiecto Fidei. Instrumentum quo fit in nobis, est ipsum verbum. Causæ efficientes, Spiritus sanctus qui est efficax per Verbum, & impellit mentem & voluntatem hominū: & voluntas assentiens seu non repugnans.

Subiectum, in quo hæc geruntur, est ipsa humanus anima, mens & voluntas.

Qui effectus? Voco effectus omnia, quæ necessariò veram Fidem sequuntur.

Comitatur autem Fidem ex pacto Dei iustificatio, id est, reconciliatio seu imputatio iustitie. Hæc potest dici proprium Fidei seu correlatum, quia est quiddam, quod necessariò ex pacto Dei. Fidem comitatur: quia non possumus aliter assentiri promissio-

missione nisi fide. Contingit igitur promissa reconciliatio, non propter aliquod nostrum opus aut nostra dignitatem, aut nostras virtutes villas, sed propter Christum. Et tamen aliquid esse oportet quo id beneficium accipiamus: Fide igitur accipimus. Quare non effectus Fidei, sed proprium seu correlatum est iustificatio, id est, reconciliatio. Est enim fides motus, quo accipitur Spiritus.

Effectus vero numerari possunt, Tranquillum & gaudium conscientiae, quia fide vincuntur terres, Hunc effectum sequuntur inuocatio & Dilectio, quia inuocamus & diligimus placatum. Et quia vox effectus, omnia certò sequentia, hic numero etiam vitam aeternam. Item omnes euentus, ut Ezechias fidem sequitur liberatio.

Quae cognata? Spes expectans futuram liberacionem, inuocatio, dilectio.

Pugnantia? Simulatio fidei, Desperatio, Pavor impius.

Cum hoc modo res includuntur metis artis, ciuius comprehendendi possunt. Et singuli loci suppedant ingentem copiam rerum in explicando. Quare haec diligentia plurimum prodest, & ad iudicandas materias obscuras & ad explicandas atq; illufandas. Nec dubium est quin illa innumerabilia encomia Methodi, que sunt apud Platonem, hanc ipsam exercitationem nobis commendent, ad has metas reuocandi questiones, quas explicatur sumus.

DE

RHETORICAE
DE CONIVNC TIS

27

quæstionibus.

Loci coniuncti ibematis fere sunt idem, quos
iam recensui. Nam omni docendi ratio consistit in
definitione, causis & effectibus. Ducuntur igitur ar-
gumenta in confirmando, aut refutando.

A definitione,

A causis.

Ab effectibus.

A partibus.

A pugnantibus.

Hi loci præcipui sunt in Topicis. Reliqui enim ex-
tra causam versantur, & magis amplificandi, quam
docendi causa adhibentur. Itaq; si Confirmandum e-
rit Thæma quod nō sit Christiana iustitia discedere à
facultatibus, quærenda est definitio præcipue partis
in hac propositione, videlicet, quid sit Christiana iu-
sticia. Hinc ducetur argumentum.

A GENERE

Christianæ iusticia, est res perpetua in spiritu,
videlicet, nosse ac timere Deum, credere in Chri-
stum. Discedere autem à facultatibus, non est res
eterna, neque adspiritualem vitam necessaria, Igi-
tur Christiana iusticia non est discedere à faculta-
tibus.

A cau-

LIBER PRIMVS
A CAVSA, VIDELICET
præcepto.

Euangelium non abolet res politicas, sed multo magis confirmat & conseruat. Tenere proprium necessaria res est in politia. Igitur Euangelium non præcipit discedere à facultatibus. Euangelium autem de iusticia Christiana præcipit, igitur non est iustitia Christiana discedere à facultatibus.

Verum nihil opus est per omnes locos vagari. Neq; verò quaelibet causa recipit omnes locos, totam autem hanc Methodi formam summa diligentia tradimus in Dialecticis. Quare hic breviter tantum admonendus fuit Lector, ut in Rhetorici meminerit sèpe ad Dialecticen sibi resspondendum esse, praesertim cum de aliquare docere homines solet. Quo genere multum in Ecclesijs & in scholis videntur est. Et suasoriæ causæ multa mutuantur à genere Didascalico. Sæpè enim in deliberando de aliquo communi loco prius disputatur, quam quid sit agendum constituitur. Ut cum de bello Turcico deliberamus, initio docendi sunt homines, quod Christianoliceat bella gerere, & Deum præceperit Magistratibus, ut latrocinia depellant, postea incitandi sunt principes ad bellum suscipiendum.

DE GENERE
Indiciali.

Veteres præcipue propter hunc usum excogitauerunt

verunt Rhetoriken, ut præpararent adolescentes ad forum. Ideo tota serè Rhetorica consumuntur in his preceptu, de tractandis controversijs forensibus. Nunc et si imago quedam veteris artificij reliqua est in foro, tamen euanas agunt iurisconsulti, qui adhibent multum ex sua arte, plerique, tamen à Rhetorica mutuati sunt illi ipsi scriptores, quos legunt iuris consulti. Sed nos tradimus h.ec præcepta, vel ad iudicandas aliorum orationes vel ut etiam instruamus adolescentes ad controversias in Epistolis tractandas, & ad Ecclesiastica negocia. Nam disputationes Ecclesiasticae magna ex parte similitudinem quendam habent forensium certaminum. Interpretantur enim leges, dissoluunt autem iuris, videlicet sententias, qua in speciem pugnare videntur: Explicant ambigua: Interdum de iure, interdum de facto disutant: querunt factorum consilia. Ideo hoc genus in his nostris moribus, etiam magnum habet usum. Sed ut generi judiciali certi loci, assignari possint, initio discernuntur status.

DE STATIBVS.

Nulla pars artis magis necessaria, quam præcepta de statibus, in quibus hoc primum ac præcipuum est, ut in omni negocio seu controversia diligenter consideremus, quis sit statutus hoc est, que sit principalis questio, seu propositio, que continet sum-

mam.

mam negotij, ad quam omnia argumenta referenda sunt, velut ad principalem conclusionem. Nulla controvèrsia intelligi, nihil ordine explicari, dici aut percipi potest, nisi constituantur aliqua propositio, quæ summam cause comprehendat. Ac sàpè in concessionibus indoctorum indicari potest, quanta huius praecepi rùs sit, ubi postquam nulla certa propositio constituta est, de qua dicendum sit, oratio non magis cohæret, quam illa apud Horatium pictura, in qua Humano capiti cervicem pictor equinam addit &c. Ita interpres Pauli, quia nusquam excerptebant ex illa disputatione certam propositionem, nec videbant, quomodo ad unum aliquod caput accommodanda essent omnia argumenta, toto cœlo à sententia Pauli aberrabant. Interdum etiam enarratio pugnabat cum aurore. Quare diligenter assuefaciendi sunt adolescentes, in legendis disertorum orationibus ac disputationibus, ut statim querant, ut inscribendo ac dicendo propositiones constituant, & ad has argumenta accommodent. Præceptum hoc legitime ac puerile videtur in seipsum, sed utilitatem habet maximam. Ac paucos inuenias, qui in dicendo observent, qui consulant seipso, quid dicturi sint, quia sit futura negotij summa, si quando amphoram inserviunt, ut Horati verbis vitamus, currente rotamen vrceus exit.

Neque verò tantum status obseruandus est, sed quis serè quilibet controvèrsia unum aliquem precipitum

cipium Syllogismum continet, quæ maximè munit statum, & quoq[ue] Dialetico more breuiter excerpendus est, ut nuda ac brevia membra intuentes rectius iudicare possumus. Quare Rethores indiderunt nomina partibus syllogismi. Status est conclusio. Nam conclusio est propositio principalis, post argumentationem repetita: Et statum alias vocant κεφάλαιον, vocant & ὑπόστατον seu ὑποκείμενον, unde mansit nomen subiecti in scholis, pro materia, & summa operis. Maiorem & minorem vocant σεξτιον. In his altera, de qua dimicatio est, & qua confirmata Conclusio sit plena, vocatur ιερισμός, ut pro Milone statu est; Milo iure Clodium occidit, εξ τούτον est, vim vi repellere licet. Milo autem vim vi repulit. In his minor est incerta, quam si iudici probauerit Ciceron, Milo vincet. Itaq[ue] in hoc Syllogismo Minor est ιερισμός. Interdum Maior est ιερισμός.

Euangelium non abolet politias.

Tenere proprium, est res politica.

Igitur Euangelium non vetat tenere proprium.

Hic Maior est ιερισμός. Nam homini imperito ostendendum est, quid Euangelium doceat de vita eterna, justicia cordis erga Deum. Interim foris iubet nos uti politicis ordinationibus, sicut cibis, potu, aere, & alijs bonis Dei creaturis. Probatio autem Εκεινομός dicitur συνέχος, quia totum

Syllogismum connectit. Sunt autem tres forma statuum quis per quæstiones discerunt: Status conœcturalis oritur ex quæstione. An sit: ut pro Roscio quæstio est. An Roscius ocio derit patrem. Statu legitimus, in quo præcipua est definitio, oritur ex quæstione. Quid sit? ut apud Paulum, Quid sit iustitia Christiana, fides ne reputemur iusti, an opera semper iustitia. Status iuridicalis oritur ex quæstione. Quale sit factum, videlicet, iure ne factum sit, ut iure ne Cæsar interfectus sit.

DE STATV CONIECTVRALL

Cum autem prima sit quæstio. An sit: initio de statu conœcturali dicemus. Singulis enim statibus, certi loci subiecti sunt. Sed quoniam locis argumentorum, in confirmatione & confutatione maxime vitimur, prius recensendæ sunt partes orationis.

DE PARTIBVS ORATIONIS.

Orationis partes sunt sex: Exordium, Narratio, Propositio, Confirmatio, Confutatio, Peroratio.

Exordium est initium orationis. Priusquam enim de re dicimus, præparandi sunt animi audientium, us vulgo ita scribunt, hæc tria in Exordio efficienda esse, ut reddamus auditores Benevolos, Attentos & Paciles. Fabius hæc ad unum Benevolentie locum refert,

refert, qui profecto præcipius est: Sic enim in quotidianis congregatis colloquentes cum amicis, initio commendamus, aut excusamus, cur eis negotium faciamus, ita in magnis causis decet proœmijus quibusdam, vel excitare vel inuitare auditores. Et est quedam humanitatis significatio, prius de nostro officio dicere, quam ad causam accedimus. Itaq; benevolentiam alias à personis, alias ab ipsis negotijs, si sint honesta & plausibilia, conciliamus. Sed locus vsitatis hinc est, à personis sumptus, dicere de officio, vel nostro, vel iudicis, vt Cicero initio contra Verrem. Item, pro lege Manilia. Item, pro Archia reddit rationem, quare has causas suscepit. Ordinatur & à laudibus eius, ad quem habetur oratio: vt Paulus in exordio Epistolæ ad Romanos, initio fidem eorum prædicat. Cùm respondemus aduersarij, facilis est ordiri ex occasione, sicut Demosthenes queritur initio de Åschine, quid rem iniquissimam petivisset, ne aduersario concederetur, vt pro se diceret. Hac querela maximè decebat in exordio.

Attentos reddimus, cùm significamus nos de magnis & viilibus rebus dicere, vt ad Romanos: Non pudet me Euangelij. Est enim potentia Dei.

Dociles, cùm & summam negotijs breuiter ostendimus, vt ad Romanos: In Euangelio patefit iusticia fidei. Sed non possunt numero comprehendendi species Exordiorum. Ordinur enim non tantum ab his locis, quos recensui, sed interdum à tempore, interdum

C 2 à locis.

à locū interdum ab alijs circumstantis. Hanc veritatem ostendent exempla Ciceronis. Illud yntus
precipue iudicauit monendos esse studiosos, maximam
gratiam habere verecunda & submissa exordia, &
procul fugienda esse grandia & tumida principia,
qualia sunt, Statu, præsentim cum existimatione of-
ficiant. Significant enim arrogantiam & confiden-
tiam ingenij. Ideoq; prudenter Horatius precepit.
Non sumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem.

Decent in iniuis & Lubitatio, Admiratio,
περιστόκεντρον. Votum & similes figure, vt: Nihil
minus expectabam. Maxime vellem, Iudices, vt Syl-
la dignitatem suam retinere potuisset. Decent &
affectus mitiores omnis generis, vt: Magnam mihi
voluptatem attulerunt literæ tuæ. In magnucau-
sis non solent exordia prætermitti, ne quidem ab At-
ricu, qui lege cogebantur *cav& προσαντελλεγεντων*
dicere. Sed in epistola crebro prætermittuntur
Exordia.

DE NARRATIONE.

Narratio est facti expositio, quæ statim Exordio
subiicitur. Hanc sequi debet Propositio, quæ con-
tineat summam rei in disputationibus & ju-
diciis interdum non utimur narratione, nonnunquam
& in iudicis prætermittimus. Itaq; prudentia est si-
dere, quando postulat res enarrationem. Propositio
autem

Item non unquam omitti potest. Hæc præcipua pars est iocundus certaminis. It interdum multæ propositiones, ponuntur, sed ubi gradus per priores ad unam quandam principalem faciendus est, ut ad Romanos, initio proponit, omnes esse sub peccato. Gentes & Iudeos. Deinde peruenit ad propositionem principalem, quod propter Christum iusti reputemur, cum credimus, nobis propter eum placatum esse Deum, nos propter nostra benefacta. Neq; de disputatione indicari potest, nisi hoc ordine propositionum animaduersio. In vulgaribus concionibus iure desiderari potest diligentia, quia non sèpè proponunt concionatores summam ius rei de qua dicturi sunt, ea res facit, ut auditor incertus nusquam sciat, quid expectare debeat. Rethores hoc loco Diuisions seu Partitionem mentionem faciunt, hanc dicunt esse, cùm propositionem ita constituiimus, ut simul moneamus, quæ relinquerem velimus, aut cum enumeramus, quæ multæ partes nobis tractandas sunt.

DE CONFIRMATIONE.

Confirmationis difficultas pars est oratory operis, hec enim persuadere iudici debet, ut propositiones assentiatur. Item cum aliud nihil sit propositione nisi conclusio confirmationis, non merebitur fidem propositione, nisi confirmatione propugnata fuerit. Nam ut Dialeticci tradunt, labefacit præmissis, ruere

Conclusionem necesse est , ut quæ sit velut fastigium
seu teclum Syllogismi .

At loci qui in Rhetorica traduntur , tantum admonent nos de rebus , unde sumendæ sint res in quolibet genere cause , seu potius magno rerum acervo proposito , quid eligi debeat , quod ad propositum quadrat . Deprehensio autem rebus seu materia argumentorum , tenenda est & forma quedam argumentorum , de hac non satis perspicue præcipiunt Rhetores . Itaque monendi sunt adolescentes , ut Dialeticæ consulant de forma argumentorum . Etsi enim liberior est oratio popularis , quam illi exiles & nudi syllogismi Dialeticorum , tamen membra argumentorum eadem esse necesse est , quæ in Dialeticis traduntur . Ideoq; ea , quæ Cicero de syllogismo tradit , à Dialeticis mutuatus est omnia . Cæterum orator Vestit es quasi habitu Verborum , & in disponendo liberior est , quam Dialeticus . In Syllogismo plerumq; à Minore inchoat argumentum . Non sèpè orditur à Maiore . In Enthymemate , dum interdum properat , relinquit consequens auditorum cogitationi . Etenim natura cogit sumere formas argumentorum à Dialeticis , & sic communis sermo minus aliquanto rintuitus illis Dialeticis astrictus est .

Coniecturalis status habet duos locos : Voluntatem & Facultatem Quoties igitur incides in orationem Coniecturalis status , memineris eam totam in Voluntatem & Facultatem , tanquam in duo præcipua

qua membra partiendam esse. In tota Miloniana disputatur partim de Voluntate Clodij, quid voluerit Milonem interficere, partim de facultate, quid Clodius potuerit insidias facere, Milo non potuerit. Hi loci sunt ex natura duchi: Nam in omnibus hominum factis necesse est voluntatem & facultatem concurrere. Itaq; idem loci maximem vim apud Iurisconsultos habent, qui multa ex presumptionibus, id est, conjecturalibus argumentis iudicant.

Voluntas habet duas species: Altera vocatur impulsio, quæ affectus continet, ut Clodius oderat Milonem, igitur cupiebat eum extinximus esse: Altera dicitur Ratiocinatio, quæ à finali causa sumitur, cum ducitur Argumentum à se commodi. Nam humanae mentes plurimum mouentur opinione veritatis, ut Clodio proderat Milonis interitus, Miloni non proderat Clodij interitus, ergo verisimile est, Clodium fecisse insidias. Ex hoc loco nata est, vox Casij, cuius sapè fecit mentionem Cicero, quærendum in iudicio, cui bono fuerit. Facultas continet signa & circumstantias. Signa sunt facta, aut nota alicuius rei, iudicantur autem etiam, communis sensu sine doctrina. Sunt enim vel causæ vel effectus factorum. Facilis igitur est comparatio signi ad factum. Quadam sunt antecedentia, ut: Milo duxit uxorem & liberos secum in rheda, ergo non est consentaneum proiectum eum esse ad pugnandum. Nam pugnaturi non adducunt liberos in discrimen. Quadam sequuntur

factum, ut : fugit, expalluit, erupuit. Circumstania sunt : tempus, locus, apparatus, iuxta versiculum: Quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando. Et horum ratio à sensu communi petenda est, ut : Cicero non fuit in urbe, cum Cæsar interficeretur, igitur non interfecit Cæsarem. Præter hos locos sunt απεκτινα, quæ propemodum ad signa pertinent, testi, cbirographa confessiones, de quibus Iurisconsulti diligenter præcipiunt.

DE CONFUTATIONE.

Confutatio est dissolutio argumentorum, quo obijciuntur. Huius rei artificium magna ex parte sumendum est ex Dialectice. Constat autem, in Dialectica triplicem rationem dissoluendorum argumentorum tradi. Prima est, cùm peccatum in forma argumenti deprehenditur, tunc enim reprehenditur consequentia. Iudicium autem de consequentia tantum ex Dialectica perendum est. Nam & planiora sunt, & meliora quæ de consequentia tradunt Dialectici, quam quæ scripsit Cicero de vitiosis rationibus iudicandis, ubi voluit complecti Dialectica præcepta eius rei. Cùm autem peccatum in materia argumenti est, diluitur aut per Distinctionem, aut per Inficiationem. Ambigua distinguendo explicantur, Inficiatio autem habet eosdem locos quos in Confirmatione posuimus, Voluntatem & Facultatem, ut Cicero ostendit.

eo ostendit, Miloni voluntatem & facultatem insidiā Clodio defuisse. Negabimus igitur illa, quae obiciuntur, & opponemus rationes, quae reddant verisimilem inficiationem. Et quia coniecturalis status queritur, habet probationes non necessarias, sed tamē probabiles, ideo homines ingeniosi facile reperire possunt ex iisdem locis argumenta in viramq; partem. Ac fere disputatione tota de signis est. Hic valenti homines callidi & copiosi qui signa variè interpretari sciunt, & varias causas signorum querere. Nusquam enim verius est, quod dixit Euripides, quam in hoc genere, ἀλλ' οἱ λέγοντες ταῦτα εἰπούσοι λέγεται. Rationem euerit, ut vulgo dicunt, rationes contra rationes.

Et propter contrariam signorum interpretationem duo peculiares loci adduntur defensori: Inuersio, cum docemus signum vel causam contra nos allatum pro nobis facere: Si occidisse non sepelisssem, satius fuisset statim relicto cadauere fugere. Paulus in Gallais vitetur hoc loco: Nunquid lex est aduersus promissiones, siquidem auget peccata? Paulus respondet, Imò tunc esset aduersus promissiones lex, si iustificaret. Nam si lex iustificaret, nihil esset opus noua promissione, quæ gratis promittit iustificationem. Græci vocant ἀριστερά Φοί.

Absolutio est, cum interpretamur signum aut causam aliter, quam aduersarim. Sepelij, sed misericordia commotus, cum obiter præterirem. Utique

C 5 locus

locus oritur ex subtili causarum interpretatione & animaduersione. Nam vnius eventus multæ & variæ cause excoquari possunt.

DE PERORATIONE.

Peroratio est conclusio orationis, in qua repetitur propositio principalis. Tunc enim vocatur propositio, cum post confirmationem collocatur. Conclusio vocatur, cum ante confirmationem ponitur, ut sit in syllogismis apud Dialeticos. Omnis autem Peroratio constat duabus rebus: partim repetitione Propositionis & potissimum argumentorum, partim Affectibus. Quales autem affectus deceant in vnguis causa, sine preceptu scribi potest. Reo misericordia opus est, Accusator studet odium inflammare. Porro ex quibus fontibus ducantur affectus, natura rerum consulenda est, quanquam, cum sine arte perspiciant assentatores, quibus rebus animi hominum capiantur, aut irritentur, facile id quoque videbit Orator. Nam urbanissime ac prudentissime dictum est, Rhetoricam particulam esse & nō an & lūcē.

DE IURIDICALI STATV.

Sicut Conieclaris Status ex questione, An sit factum nascitur ita Status Iuridicalis ex questione, Quale sit factum erit. Disputat enim, virum iure aliquid

aliquid sit factum, an securus: itaq; appellatur à Fabio
Qualitatis Status. Græci vocant δικαιολογικὸν,
qua de Iure disputat, vt: C. Cæsar non est iure inter-
fectus. Iustum est fures suspendere. Tales cause ha-
bent easdem partes orationis, quas suprà recensui,
Exordium, Narrationem, Propositionem, Confirmationem
Consutationem, & Perorationem ac ceteræ
partes non requirunt noui præcepta, tantum Confirmatio
ac Confutatio habent nouos locos: Sunt enim
diversi loci diuersorum statuum. Quia verò hic status
tutus versatur circa Iuris quæstionem, idèo loci su-
muntur à Iureconsultis.

Natura.

Lex.

Consuetudo.

Equum, bonum, iudicatum, pacium. Hi loci per-
tinent ad causam efficientem quid Dialecticos. Ius est
enim quod suscipitur impellente vel naturali Iure,
vel, scripta Lege. Quid sit ias naturæ, quid lex scri-
pta, quæ consuetudo habeat autoritatem, à Iurecon-
sultis sumendum est. Nos olim addidimus locum Re-
ligionis, sed in Lege scripta comprehendi potest.
Nam Legis scriptæ species sunt, Lex diuina & Lex
humana. Sed addemus exemplum, in quo cerni po-
terit quomodo propositione constituta, debeat se re-
ferre animus ad hos locos. Sunq; ita exercenda in-
genia, vt quacunq; questione oblata, statim decur-
ramus

ramus per omnes locos, & considereremus, ex quibus hauriri apta materia posset. Non enim semper omnibus locis rei possimus, sed idoneis querendi & amplificandi sunt.

Initio Status negotij seu Propositio constituenda est, vt; Constantinus imperator recte fecit, quod bellum Licinio intulit defendendorum Christianorum causa, etiam si cum Licinio fadere affinitate coniunxit, erat.

Iam loci insufficiendi sunt, & videndum qui convenient huic cause.

A NATVRA.

In omnibus materijs, in quibus de iure queritur, pricipue ius naturae & ius diuinum considerentur, & in hac questione à iure naturae firmum & illustrare argumentum ducitur.

Ius naturale est, suscipere defensionem contrainjustam crudelitatem, praesertim si sit manifesta, seu ut vocant, notoria iniuria. Talem defensionem suscepit Constantinus, Ergo recte fecit.

Hic Syllogismus amplificandus est exaggeratione sceleru Licini. Atrocius scelus est, trucidare Sacerdotes & alios pios, quam reliqua latrocinia: saunt enim in homines peculiariter Deo consecratos. Et accedit haec impietas, quod Tyranni non tantum homines miserios homines cupiunt è medio tollere, sed pro-

sus nomen Dei, veram Religionem ac doctrinam de-
lere & extinguere, ac penitus obruere gloriam Dei.

Aduersi hæc tanta sceleræ præcipue arma cape-
re debent Reges & Principes, quia, ut Paulus ait.
gerunt gladium, ut defendant bonos & puniant ini-
ustos.

A LEGE SCRIPTA.

Leges diuinae & humanae præcipiunt Regibus
& omnibus magistratibus, ut defendant innocentes
ac maxime eos, qui propter Religionem affliguntur.

Hic sententia ex scriptura colligenda sunt de
officio Magistratum, quales sunt apud Esaiam. sub-
venite oppresso, iudicate pupillo. Et in Psalmo: Eri-
pe afflictum de manu peccatoru.

AB EXEMPLIS.

Pertinent ad iudicatum, exempla probata. Ho-
nestum fuit Atheniensibus suscipere defensionem li-
berorum Herculis aduersus Eurystheam: Quandò ho-
nestius est Imperatori pio, suscipere defensionem Sa-
cerdotum.

Accedant amplificationes à pennis Idolatrarum:
Deus detestatur & odit idolatras. Ideo defensores
impiorum cultuum habebunt tragicos exitus. Sicut
in primo precepto minatur Deus Idolatri, & histo-
ria suppedant multa exempla.

Traditum.

Tractandum & hoc est, quod ad Principes pertinet
near cura retinendae verae religionis, iuxta secundum præceptum: Non assumes nomen Dei vanum.
Hoc præceptum vetat tolerare blasphemias, & impios cultus.

CONFUTATIO.

Sæpe Confutatio plus suppeditat & disputatio-
num & amplificationum, ut in hac causa. Multa enim
objiciuntur.

Primum obijci potest, quod in Euangelio prohibetur vindicta. Id explicandum est. Euangelium con-
firmat & approbat munus Magistratum: Ergo de-
fensionem, quæ sit per Magistratus præcipit. Nec
aboleat Ius naturæ, sed approbat. Tantum igitur pri-
uatam vindictam & seditiones prohibet.

Secundum obijci potest de iure fœderum. An licen-
tit confederato bellum inferre. Ad id responden-
dum est. In omnibus fœderibus exceptam esse defen-
sionem aduersus notoriam iniuriam: Fuisse scelerata
societas Constantini & Licini, si Constantinus
propter fœdus, quasi pactione quadam obligatus, pas-
sus esset grassari collegam, & infinitam scutitiam ex-
ercere.

Erant socij Lacedæmoniorum Thebani, cum La-
cedæmonij Athenas cepissent, Et tamen Thebani ad-
iunuerunt Thraibulum, reperentem parvam armæ,
contra Lacedæmonios.

Erat

Erat enim manifesta crudelitas praesidiij Laconis: Ita & Constantinus abrumpere societatem, quem
cum Licinio fuerat, necessarium debuit.

Cedunt Iuri nature cetera pacta, ut: Subdito ad-
versus Dominum concessa est defensio, ad depellen-
dam iniustam crudelitatem, si sit iniuria notaria.

Tertium obiecti potest: At Constantinus alienos de-
fendit subditos Licinio. Quid ad eum pertinebat,
quomodo ille suam ditionem gubernaret? Reffron-
do, etiam subditus, si sit manifesta securia, licet fieri
supplices, implorare auxilia ab aliis, & suscipere co-
rum defensionem aliis Regibus licet, ut Athenienses
suscepserunt defensionem liberorum Herculis.

Deinde non sunt alieni, qui nobis societate Ec-
clesiae coniuncti sunt, Præcipuum manus est summo-
rum Regum ac Princeps, tueri Ecclesiam, quam
ob causam Esaias vocat Reges, Ecclesia nutritiores,
id est, defensores.

In iureiurando ciuium Atheniensium erant haec
verba; Pugnabo pro sacris, & solus, & una cum
alijs. Id exemplum a pjs sumptum est. Atq; ita sentire
debent maxime Principes pjs, se arma gerere, ut re-
ram doctrynam, qua gloria Dei ornatur, conservent.

In Psalmo dicitur: Ego dixi, Vixi esu, hanc ap-
pellationem Deus eis tribuit, ut res diuinis rutan-
tur, veram Religionem, Iusticiam & Pacem.

Ita vides, confutationem versari in explicatione
quarundam Iuris quæstionum, in collatione Iuris na-

IURIS

tura & fœderum : In collatione Iuris nature & officij suditorum. Proposui exemplum questionis iuridicalis, in quo apparet, ad causas non tantum Rhetoricos libellos afferendos esse, sed etiam illius ipsius Iuris cognitionem, in quo versatur quæstio. Nent autem omnia pleniora, cum accedunt ornamenta & affectus.

Defensori adduntur alijs quidam loci, vbi defensio per se infirma est. Vocant autem Confessionem, cum reus non excusat crimen, sed studet mitigare, & petit sibi veniam dari. Talis defensio seu confessio tres locos habet: Purgationem, Translationem criminis & Deprecationem, Purgatio est, qua aliqua ex parte leuatur culpa, vedelicet cum negamus dolo esse factum, ut feci errore, feci iratus, non feci animo ledendi. Hæc sunt partim ex causis efficientibus, partim ex finalibus duæla, & habent excusationem eam apud jurisconsultos. Translatio criminis aliquando probabilior est, quam purgatio, cum culpam confitimus in alios, ut feci iussus ab alio, promisi coactu metu, qui cadit in virum constantem. Hic locus magnam vim habet apud jurisconsultos.

Deprecatio ad Oratorem magis pertinet, quam ad jurisconsultos. Hac misericordiam petiri, & versatur in loco affectuum. Commouent misericordiam rei ætas, dignitas, vita modestæ acta. Sumuntur argumenta & a clementia iudicis. Exempla extant apud Ciceronem pro Ligario. Nam in hanc defensione,

cum esset per se infirma , adhibendi fuerunt loci ex-
tranei , ut : Nulla de virtutibus tuis plurimis , nec
gratior , nec admirabilier misericordia est : Homines
enim ad Deos nulla re proprius accedunt &c.

Peroratio in hoc statu , ut supra , habet duas par-
tes : Repetitionem propositionis & argumentorum
quorundam , & idoneos affectus .

DE STATIBVS LE- galibus.

Hic maximè pertinent ad scholas & doctorum
dissertationes , ac magna ex parte ex Dialetica iudi-
cari possunt . Sunt autem :

Definitio.

Contrarie leges.

Scriptum & sententias

Ambiguum.

Ratiocinatio.

Translatio.

Definitio est , cùm de vocabuli interpretatio-
ne contenditur , aut quid sit res declarandum est .
Magnus usus est definitionum in omnibus materijs
Theologicis & forensibus . Quare adolescentes dili-
gerenter exercendi sunt in doctrina definitionum , &
assuefaciendi , ut & ipsi proprie & perspicue defini-
ant , cùm opus est , & statim videre definitionum
via posint . Id mediocri diligentia ait , exercitatio &
re assequi possunt , recte cognitis praeceptis Diale-

ēicū. Exempla suppeditātē non modō lectio, sed etiam
r̄jus verum, Magna hoc tempore quēstio est. An
missa seu Cœna Domini sit sacrificium.

Hic exponendum est, quid sit sacrificium: quod
cū intelligitur esse opus, pro alijs faciendum vi me-
reatur eis remiſionem peccatorum, sequitur Sacer-
dotis opus, celebranti Cœnam Domini, nequaquam
esse Sacrificium. Nam solius Christi mors, precium
fuit, quod cæteris merebatur remiſionem peccato-
rum. Est autem impietas, transferre gloriam Christi
in opus Sacrificuli, sicut ad Hebræos scriptum est;
Vna oblatione consummari sumus.

Disputatur in Ecclesia quid sit Pœnitentia, hoc
est, conuersio hominis ad pietatem, quos motus con-
tingeat. Nos perspicuam definitionem tradere sole-
mus, Pœnitentiam constare his partibus: Contritione
& Fide, vi supr̄ dictum est. Apud Ciceronem est
exemplum in Norbani causa, quid sit crimen lese
Maiestatis. In Epistola ad Romanos disputatur que
res sit, propter quam iusti pronunciamur, id est, ac-
cepti coram Deo, hoc est, sint ne nostra benefacta, iu-
stitia propter quam sumus accepti Deo. Aut an sum-
mus accepti propter aliud, scilicet propter Christum,
Fide, hoc est fiducia misericordia, propter Christum
promissæ.

Ira Paulus definit Iustificationem.

Et hanc definitionem confirmat multis Argumen-
tis, quæ partim sunt Testimonia ex Scripturis citata,
partim

primum sunt rationes ex causis summae.

Testimonia sunt, Credidit Abraham, & impunum est ei ad iusticiam. Ergo fide consequimur, ut reputemur iusti;

Fides autem est fiducia promissae misericordiae, cum quidem agnoscimus nos indignos esse.

Aliud testimonium: Beati quorum remissa sunt iniquitates. Ergo, cum omnes oporteat accipere remissionem peccatorum, qui sunt beati, necesse est facti omnes, quod habent peccata. Non igitur sunt iusti propria dignitate, non satis faciunt legi.

Deinde à causa additur argumentum.

Promissionem gratiae oportet esse certam.

Promissio fieret incerta, si penderet ex conditione Legis.

Ergo promissio non penderet ex conditione Legis, sed gratia propter Christum fide contingit:

Minorem confirmat, quia Lex semper accusat, seu, ut ipse ait, iram operatur, quia nemo Legi satisfacit, quare non propter Legem dantur remissio & iustificatio.

Exordia & Perorationes, in hoc genere sequuntur communia præcepta, supra tradita.

Contrariarum legum status est, cum faciunt controversiam contrariae leges, quemadmodum sèpè accidit. Græci vocant hunc statum antinomias, ut antinomiae sunt, Melius est nubere quam viri. Et

50 LIBER PRIMVS.

Canon: Non liceat Sacerdotibus vxores ducere.
Contrarie sunt: Non facies furtum, & manda-
tum, ut Hebræi spoliarent Ægyptios.

Confirmationes & Confutationes ducuntur ex causis efficientibus. Lex enim habet autoritatem ab efficiente causa. Hinc sunt regulæ: Lex inferior cedit superiori. Lex specialis derogat generali. Lex humana cedit diuina. Leges veteres corriguntur aut abrogantur nouis. Ducuntur etiam confirmationes aut confutationes ex materia, hoc est, ex ipsis legibus, si cum ratione consentiant, aut pugnant cum ratione, si circumstantiae expendantur, quibus late sunt, & an ad hos casus rectè detorqueantur &c. Et extatibus regulis dirimuntur pleraque legum controvèrsia. Lex inferior: Non facies furtum, cedit soperiori, scilicet primo mandato. Deus enim novo mandato iussicerat spoliare Ægyptios. Hinc Theologi regulam non inutilem sumserunt: Secunda tabula cedit primæ. Abraham immolatus filium, solutus est secunda tabula per primam, quæ cogit Deo obediare, quicquid is iussicerit. Iehu capiens arma aduersus Regem suum, solutus est legibus secundæ tabule per primam. Deus enim novo mandato iussicerat Iehu arma capere. Contrarie leges videntur, Ne reddas malum pro malo: & Magistratus Dei minister est, & vindicta ad iram. Hic altera sententia prohibet vindictam, altera præcipit, sed dirimitur controvèrsia per regulam: Generi derogatur per speciem, & illud po-

issimum habetur, quod ad speciem directum est. Ex-
istit autem scriptura Magistrorum à generali Regu-
la, in qua vindicta prohibetur. Itaq; certum est, Ma-
gistratu licere exercere vindictam, punire fontes, ge-
nere bella. Consuetudo recipit in templis imagines,
lex prohibet. Hæc controversia dirimitur, quia nos
non tenemus lege Moysi. Multa hoc modo iudicari
possunt, quæ longum esset recensere.

EX SCRIPTO ET SENTENTIA.

Frequentissimæ in foro & in Ecclesiis quæstio-
nes sunt, scripti & voluntatis, quæ oriuntur ex scri-
pti obscuritate aut ambiguitate. Græci vocant hunc
statum ἐγρῆσθαι Διάβολος. Huiusmodi controuer-
siae sunt de his locis: Vade, vende omnia quæ habes,
& da pauperibus. Luce 18. ut sit æqualitas. Item.
Non iurabis. Nam Anabaptiste vrgent verba, ne
recipiunt ullam interpretationem. Nos addimus in-
terpretationem, ut sententiam retineamus. Iuriscon-
sultus vocat fraudem, cùm defenditur ἐγρῆσθαι contra
diabolos. Loci huius status sumendi sunt ex Dialecti-
ca. Definitio patescit obscura: Diuisio discernit
ambigua. Ad hos locos accedunt reliqui, ut loci cau-
sarum, effectuum, circumstantiarum, & pugnantium.
Tunc autem voluntas queritur, quando ἐγρῆσθαι est
aut obscurum, aut absurdum, ut in hī verbo: Si quis
castrauerit se &c. voluntas querenda est. Nam ἐγ-

est absurdum. Sed in sacris literis hoc obseruan-
dum est. ut in dogmatibus & præceptis retineatur
et ostendatur, nisi impingat absurditas in aliquem arti-
culum Fidei, seu manifestum scripturæ locum. Tunc
enim recipienda est voluntas ex manifestis locis alijs
collecta. Cæterum in dogmatibus ac præceptis, non
est discedendum à verbis scripturæ, cum absurditas
tantum impingit in iudicium rationis.

Confirmationes & Confutationes in Ecclesiasti-
cis negotijs, dicuntur ex testimonijs scripturæ clari-
oribus. Interim tamen & Dialectica adhibenda est,
quia sèpè ex definitione, aut ex causis, que sunt in
scriptura aliquid ratiocinari cogimur. Sed hic viden-
dum est, ne connectantur male coherentia, seu cœ-
ræctio[n]es, seu vt Dialectici loquuntur, ne male conse-
quentiæ consuantur. Porro, quod ex claris testimo-
nijs efficitur bona consequentia, id quod clarum esse
iudicatur. Ut scriptura manifestè probat Magistra-
tus, ergo probat etiam leges ciuiles, quamvis ab Eth-
nicis conditas, modò sint timori, malo operi. Hæc con-
sequentia valet, quia lex nihil est, nisi vox Magistra-
tus. Locus: Vade vende omnia &c. non cogit disce-
dere à facultatibus Christianos, quia alijs locus aper-
te inquit, præcipe diuitiibus &c. Hinc ex definitio-
ne argumentamur: Diues est, qui possidet proprium,
diuirem esse licet, ergo & proprium possidere licet.
Magna cum Iudeis de scripto contentio est: ipsi som-
pliciter regnum Christi mundanum, videlicet quod
recupe-

recuperata patria , Hierosolymis regnaturi sint : nos defendimus sententiam , & opponimus clarum testimoniū scripturæ : Regnum Christi erit aeternum , ab mundana regna non possunt esse aeterna , igitur mundanum regnum non potest esse Christi regnum &c . Sed non est opus recensere plura exempla , cum vñus rerum multa quotidie offerat .

In foro & negotijs , quæ ratione iudicantur , absurditas est , si quid à ratione dissentit , aut recepto iure , & quia effici debet , ut aduersarij opinio videatur aburda , leges & rationes afferendæ sunt , quæ offendunt eam cum iure & natura pugnare . Hic iterum eundem est nobis ad locos Dialecticos , nam ex causis & effectibus colligitur aequitas . Est autem generale præceptum , cuius maxime vñus est in hoc genere controversiarum , ut excutiantur circumstan-
tiae , ex his enim sèpè venamur sententiam , & iudicamus , utrum Scriptum & Voluntas consentiant aut dissentiant . Vera est enim vox Hilarij : Circumstan-
tiae illuminant dicitur .

DE AMBIGVO.

Controversiae ex ambiguo sunt , cùm verbum ali-
quod generale aut ambiguum parit dissensionem , vt
in Canone : Sacerdos ducens vxorem , suspendatur .
Ibi intelligunt quidam , vt ab arbore suspendatur .
Alij mitius interpretatur , suspendi tantum esse feria-

et ab officio ad tempus. Hic statutus cognatus est superiori: habet autem hanc principiam regulam: ambigua alia iudicantur ex Grammatica seu phrasē & figurā, vt: Non agnoscebit eam, donec peperit filium primogenitum. Nam particula donec varium habet usum in sermone. Alia iudicantur ex artib⁹, ex quibus sumuntur, vt non reddas malum pro malo, generalis sententia est, que ex scriptura iudicatur, ex qua constat, tantum priuatam vindictam prohiberi, publicam non prohiberi. Cœterū & ad hunc statutum adhibendi sunt loci Dialectici. Nam ambigua definitionibus & divisionibus explicantur.

RATIOCINATIO.

Ad hunc statutum pertinent casus qui cum non habent certam legem, referuntur ad similia, aut ad cognata, cum quibus videntur connecti posse. Iuris consulti multa iudicant ex similibus, quare huic statutu facile multa exempla inuenias, vt: Non licet bezedibus pecuniam ciuitati ad specula legatam repetere. Igitur nec legatum ad piros usus repeterere licet. Reperiuntur huiusmodi controversiae & alias, vt si quis disputet, An liceat Christiano in foro causas agere, nullus locus est, qui expreſſe hoc concedat, sed ratione querendum est Testimonium, sive ex cognitis, sive ex similibus. Euangelium approbat iudicia & iudices, ergo nec reliquos iudiciorum mini-

5108

proi improbat. Et autem Causidicus iudicium minister, nam sine causidici diligentia, opera, & voce, index non potest causam cognoscere. Ergo sicut iudicis officium, ita causidicti functio probatur.

Si quæraur, An liceat Christiano litigare in iudicij, nullus locus aperiè concedit, sed ratiocinando queritur testimonium. Licet vii alijs ciuilibus rebus, licet petere defensionem à Magistratu armato aduersus latrones. Ergo multò magis licet à iudice intermi, auxilium ad retinendas facultates perire. Item si Magistratus est honori boni, ergo iudex, cùm defendit Christianum, non præbet ei occasionem peccandi, alioqui non esset ei honori, sed potius dedecori. In hoc statu plurimū valent loci communes. Nam ex his multa iudicantur & traduntur, pendet autem tota res à Dialectica, cùm ex causa, ex toto, ex generi ducitur argumentum. Videndum est autem, vt sit in syllogismo bona consequentia. Cùm similia effertur, videndum est, vt similitudinis eiusdem causa sint. Irenæus elegāter dixit, Hæreticorū argumen-ta non magis cohærerē, quam si quis velit funem de arena necltere. Tales erunt in hoc genere ratiocina-tiones, si non fuerit adibilita Dialectica qua iudicat, virum membra consentiant, vtrum aliud ex alio ne-cessariō sequatur, vt scriptum est : Ecce duo gladij bic : Igitur à Pontifice necesse est omnes Reges acci-pere regna. Hæc non necessariō cohærent, sed infini-ta exempla queridiē offert usus.

Translatio propriè est, quod Iuriū consulti vocant Exceptionem, cùm non respondetur ad rem, sed opponitur exceptio aliqua, vt quid non oporteat me coram hoc iudice causam dicere, quid aduersario non debet dari actio. De hac re præcipiunt Iuriū consulti, quando proposit respondeat ad rem, quando non proste. Quanquam autem hæc Rhetorica non collegi præcipue ad usum forensēm: tamen prodest huius statutus mentionem facere, vt admonescantur adolescentes non semper de re respondendum esse, sed ubi cung fieri potest, arte fugiendum esse iudicij periculum. Proferit enim sapienter dictum est ab Alcibiade, nec immorit ab iis in Proverbiū: Εξόν Φυγεῖν, μὴ ζητεῖ δικαίος.

DE GENERE DELIBERATIVO.

Genus Deliberativum versatur in Suadendo ac Dissuadendo, Adhortando & Debortando, Petendo & precando, Consolando & similibus negotijs, vbi finis est non cognitio, sed præter cognitionem actio aliqua. Huius generis plura exempla reperiuntur. Et plurimæ scribuntur epistolæ quotidie à pueris in hoc genere, cùm ab amicis aliquid petunt.

Exordia fiunt ut in alijs causis.

Narratione riunimur, cùm res poscit. Verum in hoc genere sàpè accedit, vt nihil adhuc gestum sit, quod narrare necesse sit. Propositio sequitur narrationem

tionem, & cum deest narratio, sola propositione vti-
mūr. Nam enim omitti proposicio, vlla in causa po-
test. Ac plerunq; vt sit plenior sonus, proposicio cum
amplificatione recitatur, vt: Nullum bellum aut ma-
gi necessarium, aut magis pium, aut magis è digni-
tate vestra, Principes, suspicere potestis quād hoc
bellum aduersus Turcas, qui crudelissimum latroci-
nij his proximis annis in ipso Germaniae aditu, &
in conspectu vestro exercuerunt, vobisq; bellum de-
nunciantes, exitium ac vastitatem vniuersae Germa-
nie, huic imperio atq; Religioni Christinae interi-
rum, vestris liberis atq; coniugibus miserrimam fer-
uitatem minati sunt.

Loci argumentorum tres sunt,

Honestum.

Vtile.

Facile.

In his comprehendimus etiam Necessarium &
Possibile: qui idē prætermittuntur in vulgaribus
præceptis, quia videntur esse ἀτεχνοί, nec indigere
monitore. Nam impossibilia non veniunt in deliberati-
onem. Necessestas autem non solum dubitantes adhor-
tatur, sed cogit etiam inuitos. Verum quia hi duo lo-
ci, interdum non conficiuntur ab omnibus, idē in ar-
te admonendi sunt studiosi, vt querant eos in causis,
ac proferant in lucem, & dicenda illustrent, vt si quis
de studijs literarum dicet, non tantum ostendat, quād
sunt honesta, quamq; utilia, sed si recte considerabit

res humanas inueniet etiam necessariam esse literarum scientiam, quia sine doctrina Religionis & Legum, non possunt teneri Respublicae, neq; hæc ciuitatis socii eis coli. Hæc necessitas quia non intelligitur ab indoctis, oratione patefacienda est.

Nascuntur autem hi loci, Honestum, Vile & Facile, in locis Dialeticis definitionum & causarum: Sed quia finis est Actio non Cognitio, nomina habent à fine, vi animos ad agendum impellant. Expetimus enim bona, vel honesta vel viiita, si tamen consequi possumus.

Honestas autem sumitur ex Legibus diuinis & humanis, adeoq; ex virtutum definitionibus. Pertinent autem leges ad causam efficientem. Movent igitur hominum voluntates ad agendum. Eodem & Virtutum definitiones pertinent, cum vere sint leges. Cum igitur honestas sumatur ex Legibus, & natura virtutum oportet hos, qui hoc genus aptè tractare volent, locis communibus copiose instructos esse, ut cum adhortabimur principes ad suscipiendum bellū contra Turcos: Primum de honestate docendi sunt, recitanda sententiae ex sacris literis, quæ præcipiunt Magistris, tueri subditos, depellere latrocinia. Confutanda est & superstiriosa quorundam persuasio qui putant Christiano non licere militare, aut bella gerere. Hæc disputatione non vulgarem doctrinam requirit. Ostendendum est enim, quid Euangelium approbat Magistratus, vindicat publicam iudicia, bela: quid

Iuan-

Iuangelium sit doctrina de vita aeterna & spirituali, nec dissipet politias, sed multo magis confirmet. Iubet enim nos in hac vita corporali atq; ciuili, uti politicis rebus omnibus, sicut hoc aere, cibo, potu vtimur. Interpretanda sunt & dicta quædam Christi, quæ videntur prohibere vindictam. Hæc enim tandem priuatam vindictam prohibent, non prohibent vindictam publicam, quæ exercetur officio Magistratum. Alioqui enim dissentirent ab alijs locis, quæ aperie approbant Magistratus, & vindictam Magistratum. Ex hoc exemplo intelligi potest, locum honestatis maximè constare arte, quia hæ disputationes magnam doctrinam optimarum rerum requirunt, & saepe hic Dialeticis locis utendum est, cum videlicet prius docendus est auditor, quam adhortandus, ut sit in hac questione de bello.

Loci ab utili & facili, serè sunt ætexyes. Nam utilitas sepe cernitur ab inductis, quæ cum est manifesta, exaggeranda erit oratione, ut contra Turcas, amplificanda est eorum crudelitas, dicendum, quantum carnificinam in victos exerceant, quam iurpis & misera seruitus impendeat his, qui non sunt interfici. Facultas autem posita est in circumstantijs, in comparatione virium, temporum, locorum.

Dominantur in hoc genere exempla, ut si quis commemoret Carolum Orthonem, patrem aduersus barbaros summa viriute defendisse, infinitam Hunorum milititudinem, quæ in Germaniam irruperat, delectis-

delenisse. Imperator Fridericus Sarracenos in ultimas terras in Syriam usq[ue] persecutus est : Nos repellere dubitamus hostes , qui tam procul ex Thracia profecti , Germaniam ipsam populati sunt ? Affectus etiam in his causis mouendi sunt , qui cum in tota oratione varie shargendi erunt , tum in Peroratione eligi debent hi , qui sunt acerrimi , nec procul petiti . Nam Perorationes , ut in alijs generibus , continent repetitionem quorundam argumentorum & affectus .

Postquam hanc viam adolescentes cognoverunt , exempla proponenda sunt , que longe clarius ostendunt , quid in hoc genere deceat , quam præcepta Quæ quidem ad hoc unum excogitata sunt , ut imperitis viam ostendant , ut intelligere exempla possint , & videre Oeconomiam & ordinem omnium partium , & totius orationis formam animo complecti . Plena autem exemplis sunt Poëmata , Historiae , Epistola . Sed ego velim præceptores ex Liuio eligere exempla , que cum & propter rerum magnitudinem , & propter sonum orationis illustriora & grauiora sint , magnam verborum & sententiarum copiam suppeditant .

Pertinent ad suasorium genus , & in sacris literis , Adhortationes , Consolationes , Deprecationes , ut in Psalmo Miserere , sepe est repetita propositio ac petitio : Insertæ sunt passim querelæ . Argumentum ducitur ab honesto , quid misericordia Dei sita illuftrior , si ignoscatur . Simile est loco yrtilatis , quid promittit

se vi-

jevi sim gratum fore , prædicaturum hoc beneficium , redditurum vera Sacrificia , scilicet spiritum contribulatum . Ita obiter alludit ad locum communem de sacrificijs , quod Ceremonie tantum sunt signa verorum Sacrificiorum . Semper autem finis quærendus est . Abhortationes iubent aliquid agere : Consolationes iubent expectare auxilium à Deo : Deprecationes petunt aliquid nobis concedi .

DE GENERE DE- monstratio.

Demonstratiuum genus continet Laudationem & Vituperationem , sed multum interest , utrum personæ tractentur , an facta , aut res . Alijs enim locis videntur erit in laudatione personæ , alijs in laude factorum & rerum .

Cum laudamus Personam , ordine narramus historiam , & rerum seriem in dicendo sequimur . Sunt igitur loci personarum : Patria , Sexus , Natales , Ingenium , Educatio , Disciplina , Doctrina , Res gestæ , Praemia rerum gestarum , Vitæ exitus , Opinio post mortem . Hic ordo historia magis decet in laudationibus , quam quodd iniicio quidam , quasi in scholis philosophantes partiuntur bona in tria genera : Naturæ , Animi , & Fortunæ bona . Et cum ad hæc capita singulas partes historiæ accommodare volunt , rerum ordinem confundunt . Cæterum , loci illi communes ,

quare

quare Naturæ bona, quare Fortunæ bona laudem
mereantur, quantum præstent animi bona dotibus
fortunæ, prudenter historiæ per occasionem intertexi
debent.

Exordia in hoc genere liberiora sunt, ut in Epithalamij aut Epicedij appareat. Interdum à pompa
publica, interdum ab effectu aliquo, à querela vel
gratitudine inchoantur. Reliqua oratio perpetua
quædam historiæ narratio est, in qua tamen præci-
pua decora amplificantur, & ad admirationem atq.
imitationem proponuntur. Sed quoniam extant ex-
empla, in quibus ratio huius generis tractandi cerni
potest, nihil opus est longioribus preceptis. Isocrates
reliquit laudationem Euagore, Plinius Traiani. Ex-
sat & ab Erasmo scriptus Panegyricus, lectu dignissimus,
de Philippo rege Hispaniæ.

Sunt Psalmi quidam generi demonstratiui, qui
describunt Christum, bi possunt haberi pro brevibus
Panegyricis, ut Psalm. Dixit Dominus. Item, Psal.
67. Exurgat Deus, Fingit enim veluti triumphalem
pompam Regis, orditur ab imprecatione & gratula-
tione, nam hostibus Christi male precatur, gratulatur
autem pijs. Narratio continet pompam. Venit Do-
minus, & dicit secum exercitus Evangelizantium.
Ex his sunt descripti Principes provinciarum, apo-
stoli & Episcopi, qui provincias afficias & vexa-
tas recreant. Ascendit Dominus in alium, dicit
in triumpho captiuos, distribuit dona militibus &
populis.

populis suis, minatur hostibus supplicia, præcedit populus, ac sequitur, qui canit triumphale carmen. Hæc ferè summa est Psalmi, quem si quis hoc modo ad ar-
iu precepta consereret, planius intelliget & animad-
uertet, qui loci proprie ad Christum accommodandi
sunt, qui tribuant ei diuinam potentiam.

Quanquam autem oratio in hoc genere perpetua narratio est, tamen incident interdum loci qui ha-
bent aliquam disputationem, vbi confirmatione &
confutatione viimur: vt si quis laudabit C. Cæsarem
excusabit eum, quod bellum aduersus patriam moue-
rit, quia inimici, cum ei beneficium populi eriperent.
priores bellum indixerint ac mouerint. Quare non
intulit patriæ bellum, sed iniustum vim à suo capite
depulit, cum Rompeius negaret se viles conditiones
pacis admissurum esse, nisi allato ad se Cæsaris ca-
pite.

Supersunt aliæ species, cum factum aut rem cer-
tam laudamus. In hoc genere omnes partes existere
possunt: Exordium, Narratio, Consumatio, Confu-
tatio, Conclusio. Locos mutuamur ex genere Deli-
beratio. Honestum; Vtile; Facile aut difficile: vt si
quis laudet factum Imperatoris Lothary Saxonis,
qui Romanas leges, quæ ad id tempus; post occupa-
tam Italianam à Gotis in Bibliothecis latuerant, in
forum reuocavit, & constituit vt in Imperio ius ex
illius legibus diceretur. Primum honestatus loco vte-
mur, quod deceat Principem efficere, vt Respublica

leges habeat optimas. Sumemus argumenta, non so-
lum à Lotharij persona, videlicet à Principis officio,
sed etiam à re, hoc est, à dignitate legum Romana-
rum, quod plenæ sint humanitatis, prudentia ac iu-
sticie, quoq; nulla gens vñquam meliores leges, &
magis consentientes naturæ habuerit, quam populus
Romanus. Ab utili erit argumentum, quod certe le-
ges muniant tranquillitatem publicam. Lotharius
igitur utiliter consulit Republicæ, quod ad omnem
posterioritatem ciuitates tranquilliores reddidit. Nam
antea nullo certo iure vtebantur ciuitates, sed Ma-
gistratus pro suo arbitrio ius dicebat. Ea res cum ty-
rannidi vicina sit, periculosa est ciuitatibus. alibi
habeant barbaricas leges, videlicet Salicas, hoc est,
Aulicas leges Francorum, quæ multa contra huma-
nitatem constituebant. Quare etiam harum gentium
mores reddidit mitiores Lotharius propositis legi-
bus humanioribus. Nam mores atq; opiniones homi-
num magna ex parte imitantur leges, Hic conferri
potest Lotharius cum veteribus legumlatoribus, cum
Solone, cum Iustiniiano. Habet hic laudem difficultas,
quia pauci Principes ociosi suscipiunt curam emen-
dandarum legum. At Lotharius maximis occupatus
bellis hoc egit. Possunt addi loci communes de no-
strorum Principum ingenijs, quod cum scientia Rei-
publice gerendæ, prudentia, magnitudine animi, si-
de, ac iusticia, pares fuerunt lauditiſsimi Principib.
apud Græcos & Romanos, minime sunt existimandi
barbae

barbari, Ad hoc genus pertinent gratiarum actiones, in quibus beneficia commemorantur, & amplificantur. Tales sunt orationes Ciceronis de suo reditu, & pro Marco Marcello.

Eodem modo res laudantur, ut Artes, Philosophia, Eloquentia, Leges, Medicina, Pax, Honestas sumuntur ex causis efficientibus, videlicet, ab iuentoribus, ut: Philosophia est donum Dei. Sicut enim diuitus oculis lumen contigit, ita menti veritas, seu verum indicium divinitus donatum est: Virtus sumitur ex finibus, Philosophia ostendit praesidia vitae, disciplinam de moribus ciuilibus, leges, medicinam, numeros, mensuras, quae res omnes in hac tota vita maxime necessariae sunt. Interdum autem facilior, interdum difficultas laudanda erit, idq; ad consilium Oratoris pertinet considerare, quid deceat. Quod quidem præceptum, ut quid deceat animaduertamus. tum in tota vita, tum verò in dicendo vel maxime requiritur. Nusquam enim magis lucet decorum, quam in docendo, cum sit præcipuum, ac maximum & difficilimum operum humanorum omnium.

DE LOCIS COMMVNIBVS,

Breviter complexi sumus communissima præcepta de inuentione, de quibus ingentia volumina Graeci compouerunt. Verum ego non admodum opus esse longioribus præceptis in hac parte iudico. Nam

via quadam cognita, postea res non in libellis Rhetorici querende erunt, sed tūm à communi prudentia, tūm ex alijs artibus sumendae. Etenim hæc præcepta, non tām ad inueniendum conducunt, quām ad eligendum idonea, cūm res ex alijs artibus offeruntur. Deinde, cūm imitatio magis efficiat eloquentes quām ars, præcepta traduntur adolescentibus ad hoc, vt adiuuent eos in legendis orationibus disertorum, quia etas illa non potest longas causas animo complecti, nisi res & argumenta certis locis, quasi notis discernantur. Addemus autem ad inuentionis præcepta vnum, quod maximam vim habet in omnibus disputationibus, videlicet, vt Hypothesin transferamus ad Thesin. Vocant autem Hypothesin negotium de quo controversia est ccircumscripsum circumstantijs, vt: Sitne bellum mouendum aduersus Turcas? Thesin vocant generalem questionem, vt: Liceatne Christiano balla gerere? Facile enim iudicari petet, cūm de Turco bello dicendum est, orationia planiora atque vberiora fore, si à specie ad genus oratio transferatur, & de Magistratus officio, de bello in genere dicatur, quām pium, quām sanctum officium Reges faciant, si has gentes diuinitus ipsorum tutelle commissas, aduersus Turcum latrocinium defendant. Hoc præcipiunt apud Ciceronem, Antonius & Crassus, vt consideremus, qui loci communes hærent in causa, quorum alij totam causam continent, in quibus Thesis versatur, alij incident obiter.

Ac
Thesi

Theſis illa, cùm habeat peculiarem interdum in oratione locum, tūm verba & ſententias gignit in omnibus partibus orationis. Et præter hanc variè alluditur ad alios locos, qui obiter incident, vt Cicero pro Milone, cùm dicit, Clodium Deo propter violas religiones pœnas dediffe, alludit ad locum communem, & breuiter probat Deum eſſe, & hunc mun- dum à Deo gubernari. Sed ſumamus exempla ab Ecclesiasticis concionibus, quæ prorsus ocioſa erunt, mihi ad præcipuos locos doctrinæ Christianæ referantur. Si quis enarrat historiam Diuidis, quomodo propter admissum adulterium à Prophetā obiurgatus fit, locus communis erit de Pœnitentia. Etsi enim & de adulteriū turpitudine multa dici poſſunt: tamen delectus adhibendus eſt locorum, & excerpendus is qui maximè proprius eſt doctrinæ Christianæ. Porro in hac historia omnes pœnitentia par- tes egregiè depictæ ſunt. Habet enim non ſolum obiurbationem, ſed etiam abſolutionem, quam in ſacris historijs præcipue querunt piæ mentes. At Christus ipſe docet nos hoc artificium, qui ſaepè transfert Hypotheses ad Theses, vt cum excusat a Postolos de vi- olata traditione Pharisæorum, incipit in genere de traditionibus illis concienari. Cùm aſſertur ad eum historia de crudelitate Pilati, grauiſſimam concio- nem habeat de pœnitentia, Lucæ 13. Adhibentur au- tem loci communes, & ad probandum & ad amplifi- candum. Etenim ferè in omni probatione, maior

nascitur ex aliquo communi loco. Idq; diligenter obseruent studiosi, vt sciant, vbi sit vjus locorum communium, quos qui prudenter eligit, is demum poterit, & tē nō vā nō pās, cūm volet, & quod difficultius est, tē nō vā nō vā tractare. Ac voco locos communes, non tantū virtutes & virtūs sed in omni doctrinæ genere, præcipua capita, quæ fontes & summam artis continent. Neq; rāmen omnibus vbiq; vñimur, sed vñusquisq; sciat se debere suæ artis preciūs locos tenere, vt cūm aliqua de re dicendum erit statim offerant se idonei loci. Quidam putant se Locos communes tenere, cūm de varijs rebus coaceruatas sententias habent, quas paſim ex Poëtis & Oratōribus excerpterunt: Et quia iudicant hanc coaceruationem insignium dictorum, perfectam esse doctrinam, nihil habent consiliū in legendu autoriis, niſi vt inde tanquam flores dicta quadam decerpant: Interim nullam artem perfecte discunt, nullum scriptum totum intelligunt, nusquam totum orationis genus considerant. Hoc studium exiguum habet vilitatem, & hoc nomine plurimum nocet, quia in fluitu doctrinæ persuasionem parit, qua nihil est perniciosus. Sciendum est igitur, ita locos communes reele cognosci, si artes illæ, in quibus versantur perfecte cognitæ fuerint. Et vt locos communes ap̄e in causis intertexere possumus, opus erit perfecta eorum cognitione. Verum quia in ciuilibus negotijs sape existunt dubitationes de virtutib; & de vñis, de feruina

RHETORICAE.

49

tuna, de legibus, de consuetudine: ideo Rhetores ho-
rum locorum præcipue mentionem faciunt, qui tan-
ten neq; perfecte intelligi, neq; copiose ac varie tra-
llari possunt, nisi cognitius illis artibus, in quibus ver-
santur. Quare necesse est ad bene dicendum, addere
studium omnium maximarum arrium, Philosophiae,
doctrinae Religionis, Iuris & historiarum.

Interim tamen h: c studiū colligendi dicta scri-
ptorum, habet aliquam utilitatem, præsertim in ado-
lescentia. Habet enim multa lumen verborum, &
multas figuræ, vt elegans metaphora est in versu de
experiencia: Discipulus est prioris posterior dies.
Neg, solum propter venustatem citantur, sed etiam
propter autoritatem: Habent enim velut pondus te-
stimonij, quia à magnis viris proditæ sunt, sicut Vir-
gilius Ennius versus suo Poëmati propter graui-
tatem inservit. Et Cicero multa citat, vt: quamob-
rem επιχείρειν illud tenetο, neruo arg, artus
esse sapientia non temere credere. Ad hæc pleraq;
dicta continent grauiſſima præcepta, quare non so-
lum ad ornādum, sed velut leges atq; oracula ad con-
firmandum proferuntur: quale illud est apud Li-
uum, de non mutanda forma Reipublicæ, & quod
præsentia incommoda dis̄simulanda sint, quia muta-
tio maiora mala paritura sit. Nota mala, inquit, opti-
ma, quod à Plauto sumptum est, & Graci, pñ reuī-
ratorē nē ipso. Interdum etiam breue aliquod

dictum, ita rem definit, vt magis ostendat eam, quam
prolixæ disputationes Philosophorum, vt definitio
legis apud themen. Quare hæc diligentia
colligendi sententias non solum verborum copiam
alit, sed nonnihil etiam ad rerum cognitionem con-
ducit. Sed tamen vt copiosè ac varie tractari loci
communes possint, accedere oportet ex ipsis artibus
perfectam doctrinam. Cæterum ad colligendas sen-
tentias etiam adhibenda est ratio quædam. Nam &
memoria adiuuabitur, cum ordine distribuerimus
eas in certas classes, & hæc distributio rerum inter
se ordinem ostenderet. Est autem & hæc quædam
pars eruditio[n]is, rerum ordinem, initia & progres-
siones videre. Optima autem in distribuendo Eco-
nomia erit si sequentur artium discrimina. Cauen-
dum est enim, ne confundantur artes, sed obseruan-
dum, qui loci sunt Theologici, qui sunt Philosophici.
Ac Philosophici possunt peti ex partibus hominis,
Ratio, Artes, Prudentia, Virtus, Affectus, Consue-
tudo, Corpus, Forma, Etas, Fortuna, Diuitiae, Oe-
conomia, Coniugium, Educatio liberorum, Politia,
Magistratus, Lex, Bellum, Pax. Facile est autem
genera partiri, & videre, quæ sententiae, quæ exem-
pla, quæ similitudines, in qualibet specie collocari de-
beant. De hac ratione annotandi, extat Redolphi
Agricola Epistola, quam velim adolescentibus pro-
poni ad verbum ediscendum.

DE AFFECTIBVS.

Ut loci communes sparguntur in orationem, ita affectus oportet ac motus quosdam orationi addere. Affectus autem oriuntur ex locis expetendorum ac fugiendorum quos in genere Suasorio ac Demonstratio recensimus, videlicet ex honesto, turpi, utili, & inutili. Nam honesta atq; utilia merentur amorem: Turpia, abhorrentia à natura, iniusta, damno, oderunt homines. Misericordiam mouet calamitas, seu fortuna indigna & state, genere, virtute. Hinc intelligi potest, in qualibet oratione affectus in ijs partibus existere, in quibus tractantur loci communes, de virtutibus & vitiis. Sed tamen illi ipsi loci, certum genus verborum requirunt. Nam illi affectus sunt teniores, qui vocantur ηθη, qui blandis verbis efferuntur, quæ significationem humanitatis atq; officij præbent, quale hoc est apud Virgilium: Omnis in Ascanio caritat cura parentis. Familiaris est exordijs Epistolarum & Orationum' commemoratio officij, in qua decet nos animorum sensus atq; inclinationes, quæ ηθη, vocantur, exponere, ut ad Lentulum. Pericula mihi fuerunt literæ tuæ, ex quibus intellexi te prespicere mean in te pietatem. Alij sunt affectus vehementiores, qui dicuntur πάθη. In his videndum est atrocibus & tragicis verbis. Ducuntur autem ex omnibus locis Dialedictus amplificatores, ad impellendos animos, exaggerata vel dignitate, vel turpitudine rei, ut ab Exemplo, Linus in

Pteminium: Nec hominis quicquam est præter figuram & speciem, neq; Romani ciuū, præter habitum vestitumq; & sonum latīna lingua. Pestis ac bellus immanis, qualem fretum quandam, quo à Sicilia dividimur, ad perniciem nauigantium circumsedisse, fabulæ ferunt. Sed in primis valent Hypotyposes, cum signa & gestus commemorantur, cumq; imago aliqua in oculos incurrit, que vim oculis atq; animo affert, ut apud Virgilium de Mezentio: Mortua quin enim iungebat corpora viuis. Et huius generi infinita exempla extant apud Poetas & Historicos.

DE DISPOSITIONE.

Cicero nullam partem scribit plus ad victoriam conducere, quam dispositionem. Cum enim maxima via sit opportunitatis, plurimum refert, quo loco singula dicentur. Illud certè constat, ordinem utram ad rerum perspicuitatem plurimum conferre. Quare & in legendis aliorum orationibus magnopere prodest auditoribus, Dispositionem ostendere, quod hac animadursa, omnia facilius percipiuntur. Cum enim imperiti non possint longas & difficiles dissertationes intelligere, si semel decurrant oculi per unius sum corpus orationis, necesse est ordinem, regiæque parium ostendere, ut singula membra considerari queant, & iudicari, quomodo consentiant. Atque haec diligentia quandam habeat utilitatem, ex ample

empla demonstrant. Quantum enim lucis attulimus
Epistolæ Pauli ad Romanos , ostensa Dispositione ?
quam qui non animaduerterunt , idèò non intellexer-
unt Paulum , ut qua de re ageret , ne suspicari qui-
dem potuerint : Vbi proponat , vbi disputeret , vbi de-
finat , non videbant , Itaq; velut hostites in ignota re-
gione errabant , si quando in eis disputationes inci-
derant.

Porrò hæc pars artis , cum quidem sit utilissima ;
non perinde difficulta præcepta habet . Nam ea quæ
tradunt Rhetores , perquam levia & puerilia sunt ,
ut primo loco dicitur Exordium , deinde Narratio ,
banc sequatur Propositio , de qua dimicatio est , dein
de Confirmatio , postea Confutatio . Extremus locus
tribuntur Perorationi . Ac profecto mirum est , cum
hunc ordinem in dicendo natura ostendat etiam in-
doctu , tamen homines literatos interdum harum par-
tium seriem , in scriptis aliorum indicandis , non vi-
dere . Neq; tamen ita accipi debent hæc præcepta , tan-
quam leges de rebus capitatis in æs incisa . Cedunt
enim interdum virilitati . Nam & Cicero quædam
præiudicia tractat in causa Milonis ante Narratio-
nem . Et pro Sylla , confutatio præcedit confirmatio-
nem . Quam prudenter distribuit Demosthenes ~~se~~
se Ædæ in longa & multiplici causa omnes par-
tes , suo quodam usus consilio , cum ipsam de rebus
accusator Æschines , longè alium ordinem instituis-
set . Et hoc in legendis doctorum orationibus exca-
vatis

ropia consideranda est non solum ut aliena scripta rectius intelligamus, sed ut nos quoq; discamus, vide re in nostris causis, quid quo loco plurimum valeat, quæ deceant in aditu, quæ res, velut in prima acie plurimum profecturæ videantur, quæ debeat in turba latere, ne noceant. Hæc non possunt in arte tradi. Nemo enim omnia tempora atq; negotia complecti potest. Sed exempla admonere & acuere studiosos possunt, ut quid deceat obseruent, & cum ad causas accesserint, se ipsi consulant, cùm de ordine, cùm de alijs multis rebus. Multa enim in omnibus contentionibus à nobis ipsis petere cogimur, ad qua doctrina atq; exercitatione præparare nos statim à prima pueritia debemus.

In disponenda Narratione, verum seriem plerunque sequimur, perinde adq; sit in historijs. Atq; hac fere sunt, quæ docent Rethores de dispositione, cùm quidem aliarum partium dispositio multò difficultor est. Non enim temerè in dicendo eundem est, vt dici solet, quò pedes ferunt: sed prossicendus est finis aliquis quasi meta, quid certo itinere perueniamus.

Tradam igitur unicum præceptum, Idq; breue, quod ostendet viam, quomodo partes in principijs atq; in contentione disponantur: quam viam, si animaduenterint adolescentes, plurimum adiuabuntur, & in inueniendo, & in disponendo, & in indicandis aliorum scriptis. Est autem hoc præceptum, ut membrerint in principijs & in contentione argumentationis

tiones existere, quarum necesse est ea esse membra, quæ traduntur in Dialecticis, quod ut planè perspici pos sit, addemus exempla. Ac primùm de Exordijs sciendum est, raro in exordijs Syllogismos esse sed plenius ea constare Enthymematis, quæ nunc ita appellantur.

Initio ponitur aliqua sententia, tanquam Exordij propositio, cui postea subycitur ratio, ita absolutum est Enthymema, sed inchoatum à consequente. Ferè enim in sermone probationi anteponitur propositio. Porro antecedens probatio est, consequens propositio. Deinde interdum sequitur, aut alia probatio, aut amplificatio, aut aduersatua. Quare & Græci docuerunt, Exordium qualuor sententias contineri. Quanquam enim sapè plura sunt membra, tamen significare voluerunt, Exordij partes debere quasi argumentationem aptè coherere. Prima pars προτοτοκης: Secunda καταστασης: Tertia δεποτης: Quarta εγινωσις. Fisi autem non omnia Exordia similia sunt, ramen pleriq; Cicero hoc modo componit. Pro Archia initio ponit προτοτοκην: Si quid in dicendo possim, præcipue Archiam eloquentia mea tueri debo. Sequitur καταστασης, quæ est ratio propositionis, quia Archias adiuuit hæc mea studia. Deinde δεποτης, conclusio Enthymematis: Si mea eloquentia alys profuit, quantò magis isti prodesse debet, à quo excitata est. Hic inseritur aduersatua, sed miretur aliquis, quomodo Orator à Poeta adiu-

uart

uari posse. Hanc quoq; absoluimus uno Enthymemate,
quia artes inter se cognatae sunt. Deinde ἀξιωσις,
peritio, ut se, de causa dicentem, audiant. Nec huic
formae valde dissimilia sunt alia Exordia. Interdum
propositioni statim opponitur aduersatiua. Inter-
dum inseruntur quædam breves amplificationes, ut
pro Marcello, περὶ τοῦ Μαρκοῦ: Cum hactenus tacuerim,
nunc redeundum est mihi ad veterem studiū con-
suetudinem. καταστάση, quia beneficium Cæsari
non possum tacitus praterire. ἀπόδοσις, Nam ab-
sente Marcello carebam socio huius laboris, nunc eo
restituto libenter redeo ad pristinam dicendi consue-
tudinem. Hic accedit amplificatio per translatio-
nem. Hoc beneficium Cæsari ad Rempublicam per-
tinet. Significat enim Cæsarem velle Rempublicam
conseruare. Neq; multò aliter dispositus Demosthe-
nes exordium τοῦ σεφάνου περὶ τοῦ Μαρκοῦ, Petro ut mi-
hi concedatis secundum leges, ut pro me dicam, nec
assentiamini aduersario. Sequitur exaggeratio pe-
riculorum & quædam brevis occupatio. Postea κατα-
στάση. Res ad me pertinet. Deinde ἀπόδοσις,
Peto ut me audiatis sicut leges præcipiunt. Et acce-
dit amplificatio ex interpretatione legis. Ad Roman.
περὶ τοῦ Μαρκοῦ, Gratulor vobis cognitionem Euangely,
& optarim mihi contingere, ut corām vos docere
possim. Aduersatiua: sed hactenus non licuit verū
opio, ut aliquando liceat mihi ad vos profici. κα-
ταστάση, quia debitor sum Grecis & barbaris. Alia

retlo, in qua inest quædam occupatio: Nec pudet mis
Euangelij.

Confirmaciones & confutationes partim Syllo-
gismis, partim Enthymematis constant. Verum illud
sciendum est, orationem, et si habet certas regiones,
tamen & liberiorem & pleniorum esse, quam sunt
illi concisi ac nudi Dialecticorum Syllogismi. Ple-
runq; autem à minore inchoatur argumentatio, ut pro
Cælio; audistu; cum pro se diceret, audisti antea
cum accusaret, genus orationis, facultarem, copiam
sententiarum atq; verborum, quæ vestra prudentia
est perspexit, atq; in eo non solum ingenium eius
elucere videbatus, quod sàpè etiam, si industria non
alitur, valet tamen ipsum suis viribus, sed inerat, nisi
mefortè propter benevolentiam fallebat oratio, &
bonis artibus instituta, & cura & vigilijs elaborata.
Hæc minor est. Sequitur major. Atq; scitote ludices,
eas cupitates, quæ obiciuntur Cælio, atq; lac stu-
dia, de quibus diffuso, non facile in eodem homine
esse posse. Et in hoc communi loco Cicero aliquan-
tisper commoratur. Conclusio vero in propinendo
recitata est: In Cælio nulla reperiatur luxuries. Com-
parent igitur Syllogismi membra, quæ eis certa re-
gione circumscripta sunt, tamen non tam angustis fi-
nibus inclusa coercentur, ut Dialecticorum Syllogis-
mi, qui propter breuitatem in pugna non satu virium
babent. Raro à maiore inchoatur Syllogismus, ut pro
Milone. Maxima illecebra peccandi impunitatis pes

est, hæc fuit in Clodio, non in Milone. Sed plus En-
thymematum est in omnibus erationibus, quæ facile
agnosci & iudicari possunt, vt pro Milone: In nobis
est quædam mens, quæ cœt atq; agitat corpus; Ergo
multò magis ille perpetuus naturæ motus, mente qua-
dam æterna regitur. Sunt & hæc Enthymemata:
Clodius oderat Milonem, igitur credibile est eius fa-
cisse insidias. Facile igitur intelligent studiosi, quo-
modo in proœmijs & in contentione partes collocari
atq; distribui debeant, si Dialectica præcepta animo
intuebuntur, & tamen in vestiendis & ornandis sen-
tentijs, Oratorum consuetudinem sequentur. Atque
has quasi regiones Dialecticorum præcipue mihi vi-
dentur obseruare Demosthenes & Cicero, quos ha-
buisse maximam ordinis curam, res ostendit ipsa.
Plurimum autem & in inueniendo adiuabuntur
studiosi, si meminerint posita aliqua propositione, de-
inde non procul ab ea discedendum esse, sed queren-
dam esse eius propositionis vel rationem, vel ampli-
ficationem, vel aduersariam. Nam hæc cum in vi-
cinis locis nascantur, vltro se offerent, præsertim hæc,
qui mediocri exercitio stylis ita se assuefe-
runt, vt cum aliquid instituant, per-
currere animo vicinos
locos posint.

LIBER